

225

et dicitur erat verbum; habet utique quod pater: quia deus
erat; Quomodo huius negas aeternitatem: cui unum
cum patre dicitur nomen est? Nonte sonus capiat simili
litudoque sermonis; Aliud verbum est. quod tempore
ra habet: quod syllabis colligitur. litterisque compo
nitur; Nontale verbum filius: quia non taliter
pater verbi; Cauendum ergo: ne et illi queri
monium vocis corporalis videamur inferre; In
corporeus est deus: vocem utique incorporeus cor
poralem non habet; Si vox corporalis non est
in patre: nec filius verbum est corporale; Si
corpus inquit in patre non est: nec tempus in
patre est; Si tempus in patre non est: utique nec in
uerbo est; Quod si nullum principium tempus in uer
bo: nec numerus utique: nec gradus verbi est;
Quia si numerus in uerbo: ergo multa verba; si
multa verba: multi et filii; Sed unum verbum est.
quod et gradum excludit et numerum; Unum secundum
naturam; Nequerite: cuiusmodi naturam; Nescio
nescio hoc ^{multo} melius quanto: quia scio; Hoc solum be
ne scio: quod nescio: quiescere non possum; Quod ui